¶ Tractatus pulcherrimus Enee Siluij: ſiue Pij pape ſecundi: de Curialium miſeria feliciter incipit.

e Neas Siluius Picolomineus Salutem pluri-
mam dicit dn̄o Johān̄i Aich perſpicaci ⁊ claro
iuriſconſulto: Stultos eſſe qui regibus ſeruiunt
vitamq; tum infelicem: tum miſerrimam ducere curiales.
Vereor ne qui me arguant: mihiq; maledicant: ſi hac epi
ſtola quam tibi ſum ſcripturus oſtendero. Nec enim de-
erunt qui me principibus deferant ⁊ hoſtem reddere cu-
rent: q̄m videar hoīes ab eoꝝ obſequijs arcere. Nā quis
poſt hac inquient illi regum atria frequentabunt: ſi ſe fu-
turos illic miſeros intellexerint. At ego nō id ago vt pri-
cipibus derogem: ſed illos potius magnis leuo moleſtijs
Inſtant aſſidue q̄pplurimi ⁊ nobiles ⁊ magni viri qui re-
gum aures obtundūt: dum in curiā precibus recipi poſtu
lant. Quos cum nequeāt reges aut vtiliter recipere: aut
honeſte repellere: in magnaq; propterea ſint anxietate.
gratia mihi non odium haberi debebit: ſiquem ex his mo
nuero: curie regis vt ſuapte renuntiet. Nec timendum eſt
meis ſcriptis id fieri vt regum aule deſerantur. Erit enim
ſemper ſtultoꝝ numerus infinitus: qui vitam beatā apud
reges ſolūmodo iudicent inueniri. Sed caue dicūt alij ne
diuinis aduerſere preceptis: dum regū ſuades euitari ſer
uitia. cum Petrus apl'oꝝ princeps ⁊ caput eccleſie Sub
iecti eſtote dicat omni creature humane propter deū: ſiue
regi quaſi precellēti: ſiue ducibus quaſi ab eo miſſis. Ab
ſit aūt a me ſcelus hoc vt apl'o ꝯtradicam: vel regibus di
cam non eſſe parendum. cum ⁊ veritas in euangelio red
di que ceſaris ceſari iuſſerit: ⁊ que ſunt dei deo. Cūq; ad
Romanos Paulus doctor gentiū dicat: Oīs aīa pote-
ſtatibus ſublimioribus ſubdita eſt. Non eſt eniꝫ poteſtas
niſi a deo. Clamo ⁊ ego: obedite principibus veſtris oēs
populi. ſubijcite vos ſublimioribus poteſtatibus omnes

gentes. Sed memineritis quia Petrus propter deum vt
ſubijciamini iubet: non propter opes potentias aut hono
res. At iſta non ſunt ꝯria meis ſcriptis: ſi cum ꝓpha dixe
rim: Nolite ꝯfidere in principibus in filijs hoim in qbus
nō eſt ſalus. Preterea q̄ꝫplures obiectōes alias qbus te
rn̄ſorem ꝯſtituo: ſiqui ſint q velint me amplius īpugnare.
Ego ad rē ipaꝫ veniā: ſi prius qd hoc me diſputare ꝯpule
rit paucis abſoluero. Genitor meꝰ Siluius q mortuo p̄re
poſthumus natus: paternūqꝫ nomen tulit: adoleſcētie ſue
florē apđ antiquū ducē Mediolaneñ. huiꝰ Philippi du
cis p̄rem ꝑegit. affectuſqꝫ tandē curie tedijs domū redijt:
vxorē duxit: filios genuit: ⁊ vſqꝫ in hāc diē vitā q̄etā lau
datāqꝫ degit. Is cū ad ſe duo ſeneñ. iuuenes admodū no
biles acceſſiſſent: ⁊ an regi ſeruire ꝯduceret ꝑcūctati fuiſ
ſent. ſic rn̄dit: Menipſus cū adoleſcēs apđ Homerū heſi
odūqꝫ diuerſa deoꝝ ſcelera legiſſet: ea licita eē atqꝫ hone
ſta credebat. nā qđ dij faciāt qs nō arbitret̄ honeſtū. Hic
vir poſtea factus cū illa tanq̄ꝫ turpia ꝓhiberi legibꝰ aīad
uerteret: incertus aī pħos adijt: ſciſcitaturus ab eis q̄ naꝫ
eēt optīa vita. ſꝫ neqꝫ pħi ſatiſfecerūt: cū int̄ ſe diſſentirēt:
⁊ alij voluptatē: alij vacuitatē doloris: virtutē alij: qdā vo
aī corpiſqꝫ ⁊ fortūe bona ſil̄ iūcta vitā dicerēt p̄ſtare btāꝫ.
Incertior igit̄ ille multo q̄ꝫ antea: vt verbis vtar Teren.
cōſulere mortuos decreuit ⁊ ad inferos penetrauit: ac ex
tyreſia qui ⁊ ipſe vates diuinatorqꝫ fuit: vbi vita btā eſſet
perquiſiuit. Cui cum vates diu rn̄dere negaſſet: in aures
tandem inſuſurrans: apud priuatos inquit optimam vitā
hoc eſt felicitatem inuenies. Vos igitur o iuuenes ſi q̄uo
viuatis optime queritis: minime reges adibitis. nam cum
ipſi felicitatis expertes ſint: felices qui ſibi dicati ſunt: nul
lo pacto poſſunt efficere. quippe ꝗ principibus ſeruiētes
nihil ſibi libertatis relinquunt: vt ea cōſequi poſſint: qui
bus potiti multo ſint q̄ꝫ antea miſeriores. Virtutes enim
o iuuenes felicis vite ſunt effectrices: q̄ a principū domi

cilijs excluſe: ſiqñ caſu aut errore limen ingrediunt: e veſti
gio coguntˀ fugere: ꝑterrite ſiniſtris moribus quibus in al
tis palatijs viuitˀ. q̄ ſi tp̄s diſſerendi daretˀ: monſtrarē vo
bis oēs hoīes ſtultos eſſe: qui vitā hn̄tes aliā in qua poſ
ſint honeſte verſari: in curijs principum ſe precipitant. ſed
abeſt ocium. Jdeo vos tm̄ moneo vt agrū hunc hiſtriōes
⁊ adulatores ⁊ alios nebulones metere ſinatis: qui nigrū
in candida vertunt. Nullus eſt enī viris bonis apud prin
cipes locus: nulla emolumēta laboꝝ. ⁊ vt Juuenalis ver
ba reſumā: minor eſt hodie res heri q̄ꝫ fuit: hec eadē cras
detrahet exiguis aliquid. Sic ſiluius genitor. Jlli vͦo ab
inſano ꝓpoſito reuocati domi manere ⁊ ſibi ⁊ muſis vi
uere decreuerunt. At paterna vox minus in filio q̄ꝫ in ex
traneis potuit. nec enī me pr̄ ab obſeqis curie valuit auo
care: q̄ꝫuis ſepe multi ne me poſt principū veſanias ire ꝑ
ditum admonuerint. Sed exꝑtus ſum qͦd prius non credi
di: veramqꝫ patris ſententiā inuenio. de qua libet me nūc
in hac epl'a diſcertare: grauiqꝫ tuo iudicio remittere cun
cta. Nā ⁊ tu annis ꝓpluribus intˀ aulicos canes latraſti.
Vidi te apud Albertum ceſareꝫ honorato in loco. Et cū
te primū noui orator ſuus in Baſilieñ ꝯcilio bn̄dicitōem
ſibi ex patꝝ cetu petebas: cū is regni Vngarie dyadema
mortuo ſocero ſuo Sigiſmūdo ceſare ſuſcepiſſꝫ. Atqꝫ poſt
q̄ꝫ is q̄ꝫ vita functus eſt: nō enim triēnio toto impauit: ad
nepotē eius Albertū Auſtrie ducē te ꝯtuliſti. cuius es ad
huc ꝯſiliarius. Quā rē nō ſum neſcius apud ignaros reꝝ
mee ſnīe plurimū detrahere. Quis enī infelicitˀ viuere cu
riales crediderit: cū tu q vir haberis bonus ⁊ ſapiēs: ſolu
tus ſemel curie vinculis iteꝝ te vincieris. Sꝫ ſum ego q̄ꝫ
in eadē qua tu es cā: q annis iam. xv. curialem ſeruitutem
ſeruiui: ⁊ nunc eccleſiaſticos: nunc ſeculares ſecutus ſum
principes. Et q̄ꝫuis nōnunq̄ꝫ euaſerim: mox tamen in vin
cula meapte redij. Jtaqꝫ poſſet aliquis opinari: vt ſo
lus vel cum paucis curie voluptatibus fruar.

Jdcirco memores curie coram aliȷ̈s deteſtari. Sicut apd̓
Mediolanū qui Bernardino predicatori ꝯtractus vſu-
rarios accuſabat: vt probibitis ab bis reliquis: ſolus ipſe
feneraret. Sed longe aliter eſt. non enī quia placeat mibi
curia ideo verſor in curia: ſed ne leuitatis accuſer: qui ge
nus vite receptū neſciuerim perſequi. Jdem ⁊ te arbitror
retinere. Accidit enim nobis ſicut ⁊ ꝯiugatis. Sunt enim
admodū multi qui viuente ꝯiuge matrimoniū damnāt: et
vxoris obitū cupiunt libertatis amore. ſemperqꝫ illius ad
corintbios Pauli mandati meminerunt: Solutus es ab
vxore: noli querere vxorem. At bi poſtq̄ꝫ libertatem ſunt
aſſecuti: mox alterā ducunt ꝯiugem: vt vix quidē exequas
defuncte valeant expectare. Sic enī eſt boīm cacetes: vt
vitā quā viuunt diuqꝫ vixerunt: etſi malā ſciūt: mutare tñ
aut nequeant aut neſciāt. Hinc Horatius ad eos q̄ ſuam
vitam dānantes alienā laudāt: Jam faciā qđ vultis inq̄t:
eris tu q̄ mō miles mercator: tu ꝯſultus mō ruſticus: binc
vos binc mutatis diſcedite ꝑtibus: eia quid ſtatis volūt.
Plurima ſunt mi Johannes que nos cogunt ꝑſeuerare:
Sed nulla eſt rō prior q̄ꝫ ambitio: que tanq̄ꝫ emula carita
tis oīa fert onera q̄ꝫuis grauiſſima: vt bonoribꝰ ſeculi ac
popularibus laudibus efferat̄. ꝙ ſi būiles eſſemus ⁊ aīaꝫ
potius lucrari q̄ꝫ vanā venari gloriam ſtuderemus: baud
multi ꝓfecto in bec tedia ſeſe reciperent. Ad eos igit̄ qui
propterea ſequi reges volunt: quia prelatos ⁊ doctos in
curȷ̈s eſſe ꝯſpiciunt: ſaluatoris nr̄i ih̄u vocē obȷ̈ciā: Suꝑ
cathedram moyſi ſederunt ſcribe ⁊ pbariſei qui dicunt fa
cite: ſm̄ opa eoꝝ nolite facere. Non igit̄ qđ inſignes viri
ac magiſtri in te faciunt: ſꝫ qđ facere debent imitari opor-
tet. Expendat prius ſeipſuꝫ qui ſe dicare vult regibus: an
tollerare labores: famē perpeti: ſitim ſufferre: ꝯtumeliaſqꝫ
valeat ſuſtinere. Deinde proſpiciat diligenter: vtꝝ ex cu-
ria ꝯſequi poſſit qđ ſuus deſiderat animus. mibi ⁊ angu-
ſtie apud principes infinite intollerabiles eſſe videntur. ⁊

que hoīes optant illic nullatenus inueniri· quo fit vt ve-
ram patris ſniam arbitrer: de qua nunc tranſigemus·

r Epetēda eſt igit̄ paterna vox: Quid ille ſtultos eſſe
autūat ſingulos qui nō coacte principibus ſeruiſſēt·
Clara vox: dura tn̄ fortaſſe nonnullis videt̄: ſed audiant
quo pacto probet̄· Stulti quo ad propoſitum nr̄m tribus
modis dicunt̄ hoīes· Stultus eſt qui queritat q̄d nequit
inuenire· Stultus ⁊ q̄ querit q̄d nocet inuentū · Stultus
quoq; ⁊ ille eſt qui ſine propoſito ad quem tendit: cū plu
res habeat calles: deteriorem deligit ⁊ periculoſiorez· vt
ſi romam petiturus cum due ſibi pateāt vie: altera breuis
atq; ſecura: altera longior plena latronibus: pergere vlti
mam velit· Curiales igit̄ hoīes aut primā ſtultitiam inci-
dunt: aut alterā: aut tertiā· aut quod aſſequi nequeunt in
ueſtigant· aut q̄d inuentū detrimēto ſit querunt· aut ſemi-
tam peiorem deligunt· quas res melius longe cognoſce-
mus: ſi que ſint curialium deſideria ⁊ quos ſibi ꝯſtituant
fines preuiderimus· Mihi vident̄ oēs qui regū vel prin-
cipum latera ſtipant: aut honores querere famāq; ſeculi:
aut potentiā: aut diuitias: aut voluptates· nec inficias eo
nōnullos eſſe qui ſe ap̄d principes lucrari aīas arbitrent̄
vt meritum tanto magis nanciſcant̄ quanto cum maiore
periculo militauerit· De his igit̄ quinq; generibus hoīm
dicendū eſt nobis: quos tantū diſtare vt ſapiētes ſint oſn̄-
demus: vt facile quis eoſdē deliros amentes inſanos ac
ſtultiſſimos queat cognoſcere· Prius tn̄ q̄ȝ hoc aggredi
ar oēs oratos volo: ne me quempiā principū carpere cen
ſeant: aut quouis pacto ſereniſſimo diuoq; principi meo
Frederico ceſari detrahere· Nā etſi dicturus interdiſpu-
tandū fuerim vitioſos principes eē: ⁊ libidinū ac ſtultitie
ſeruos: nō tn̄ id oībus aſcripſerim· nec enī me latet inueni
ri nōnullos virtutū ac ſanctimonie cultores: qui a princi-
patu vitia diuino quodā munere ſepant· quēadmodū bo-
ni apud gentiles principes Auguſtus Veſpaſianus Ti-

tus Troianus Pius ſunt habiti· Et apud xp̄ianos Cō-
ſtantinus Arcadius Honorius Theodoſius Carolꝰ ma
gnus: ꝛ quē Bamberga venerat̄ Henricus ſctūs· in qui
bus ſi vel pietatem vel manſuetudinē vl' pacis amorē vel
iuſtitie zelū vel religiōis affectū requiris: Fredericū nr̄m
nulla in re minorē inuenies· tm̄ abeſt vt meis ſibi ſcriptis
velim detractū: vt eius laudes illuſtrare: ꝛ verſibus quo-
ad paſſim ꝛ orōne ſoluta decreuerī· nec me nunc eius cu
ria detineret niſi ſua me bonitas allexiſſet· Sed me quāta
ſit curialiū infelicitas oſtenſurū: non quid ipſe ꝛ alij pau-
ci quos equos amauit Jupiter: ſed quid cōiter principes
agant referre oportuit· ꝙ ſi oīa que inferius mala recen-
ſentur in noſtri principis inueniri curia dixerim: apte men
tiar· nec minus mentiar ſi nihil illoꝝ hic eſſe cōtenderim·
nec ego quenꝙ momorderim: quia ſic eſt hoīum vita vt
plus mali vbiꝙ ꝙ̄ boni reperiatur·

n Oſtra intentio eſt fatuos eſſe qui principibus herēt
diſputando mōſtrare· Jam igit̄ illos aggrediamur q
tanꝙ appetentes honorē principibus ſeruiunt· aduerſus
quos cū Juuenali libet exclamare: O medici mediā per-
tundite venā· Delirant enī qui pp̄ honorē principibus fa
mulant̄· Ad quoꝝ purgandas mentes nō meis ſcriptis ſꝫ
elleboro potius eſſet opus· Quis enī in aulis principum
verum honorē dixerit inueniri· Dant̄ honores in curijs
non ſm̄ mores ꝛ virtutes: ſꝫ vt quiſꝙ ditior eſt atꝙ potē-
tior eo magis honorat̄· Nā ꝛ quē vnꝙ pauperē tametſi
preſtanti virtute preditū regū aliquis ſublimauit· Audio
ꝙ obijcis· fuerūt nōnulli dicis obſcuro nati loco atꝙ ino-
pes quondā: qui nūc oībus ſunt prelati· ſic enī principes
voluerūt· Sꝫ quos oro ſic prelatos ais· nēpe quos ſuis
moribus ꝯformes inuenerūt· quibus moribus: auaritie: li
bidini: luxurie: crapule: crudelitati: ſicut eſt ſane· Placet
auaro regi qui pecunias vndecūꝙ refert· Gratus eſt libi
dinoſo qui virgines atꝙ maritatas ſibi ꝯciliet· Carus eſt

ebrio qui ꝓbibit. Crudeli iocūdus eſt qui ſanguinēq; mul
tū effundit humanū. Nemo acceptus eſt. nemoq; ex par-
uo ſtatu preferꝛ alijs: niſi magno aliquo facinore ſeſe prin
cipi ꝯciliauerit. At hic non eſt verus honor ⁊ ſtabilis qui
ex radice venit non bona. Vera gloria vt inquit Cicero
eſt illuſtris ac ꝑuagata: multorūq; ⁊ magnoꝝ vel in ſuos
ciues: vel in patriā vel in oīe genus hoīm fama meritoꝝ
quā nec principes aſſequunꝛ nec qui ſeruiunt eis: cum vi
tijs fere oēs ſint dediti. nec bonū aliquid agant niſi fortui
to. At tranſeunti per orbem tibi inclinabunt hoīes. denu-
dabunt capita. cedent loco. ſalutes dicent. manus oſcula
bunꝛ. ita eſt certe. At vbi tranſieris digitos retro tendent
ſubſanabuntq; tibi. ⁊ ille eſt inquient q̄ principez noſtrum
ſeducit. qui belluz ſuadet. qui vectigalia auget. qui onera
nobis importabilia cumulare facit. ⁊ etiā qui verſo polli-
ce quos vult ex nobis occidit. quē dij deeq; oēs perdant
ne ſub eius tyrannide diutius ſimus. Hmōi eſt honor cu-
rialiū: qui ſi te quiſquis es oblectat: non verebor te ſtultū
atq; inſanū affirmare: qui oblectationes tuas in re fallaci
varia atq; oīno falſa reponas. At paraſitoꝝ vocibus qui
te cenaꝝ grā laudant: quantum tribui debeat tuipſe noſti.
Pretereo hiſtriones atq; ioculatores ⁊ totius vulgi lau
des: quas vir prudēs pro nihilo reputabit. quia nulla eſt
vera laus niſi a veris ꝓueniat laudatis. Adde q̄ oēs cu
rie ſequaces non quibus preſint ſ; a quibus precedanꝛ in
ſpiciunt: ⁊ altius ſemꝑ euolare nitunꝛ. atq; cum reliquos
preceſſerint: ipſis etiā regibus incipiunt inuidere: q2 inex-
plebilis eſt humane glorie appetitus. cui poſtq̄ te dedide
ris ſemꝑ Ciceronis in ore habebis: Quicqd eſt enī q̄uis
amplū ſit id certe paꝝ eſt: cū eſt aliquid amplius. Et inſu-
per phoꝝ ſnīa: ac ꝑſertim Ariſtotelis: in honoribus non
eſſe finez ponendum: quia ⁊ res incerta eſt ⁊ in poteſtate
alterius. ⁊ qui ſeruit honori ⁊ huius ſeculi fame: neceſſe

eſt vt multa faciat inuitus· interdum plus hominibus q̄ꝫ deo ſeruire cogitur· Duo eniȝ cum ſint honores:alter virorum bonoꝝ:alter multitudinis·Stultus eſt q̄ primū apud regem venatur· quia inueniri verus honor nō poteſt vbi virtutes non regnant·Qui v̄o alteram multo ſtultior eſt: quia ⁊ rem pernitioſam ſequitur ⁊ vitioſam ⁊ inſtabilem ⁊ incertam·Atq̄ꝫ hi perpetuis cruciatibus affliguntur:cum ſibi preferri plurimos ⁊ ſepe indigniſſimos videant·Nec qui honoꝝ eſt auidus vſq̄ꝫ magis q̄ꝫ in curijs angitur·Atq̄ꝫ iam ſatis de honore ſit dictum·

n Unc ad potentiam eamus·Pulchrum videtur apud principem eſſe potentem·tutorem vocari regis·precipere alijs·bellum indicere·pacem componere poſſe· obeſſe ⁊ prodeſſe q̄ꝫpluribus · Sed multi decepti ſunt dum poſſe apud reges plurimum queſiuerunt · Apud Tyberium Neronem Claudium tam potens Seianus fuit:vt imperatore apud Capreas cum rege Caldeo ſedente ſolus hic imperium adminiſtraret:ſecundumq̄ꝫ illud totius orbis caput veneraretur· Et quippe ſi ante eum oppreſſa ceſaris ſenectus fuiſſet : hunc vnum populus Auguſtum vocaſſet·Sed nulla eſt apud principes diuturna poteſtas : nulliuſq̄ꝫ ſtatus debilior:nullius incertior : nullius infirmior eſt q̄ꝫ eius qui apud principem videtur eſſe potentior·Sunt emuli multi:ſimultates:odia·Omnis potentia magne inuidie ſubiecta eſt · incidunt ſuſpitiones· parantur inſidie·perſtrepūt vndiq̄ꝫ delatores·atq̄ꝫ vt oculus parua feſtuca turbatur:ſic principum gratia offenſiuncula vel minima cadit:interdum etiam nullo crimine perditur·tantū apud principes ſubdola lingua poteſt· Apud Adrianum imperatorem delatorum voces adeo valuerunt:vt amicos quos ad ſummum prouexerat ; poſt hoſtium loco habuerit · Sed ad Seianum redeo· vis ne ſalutari ſicut Seianus ; et tam eſſe potens vt ille fuit·

At hic vnica principis epiſtola captus eſt: per vrbē vnco
ductus ad ſpectaculū: ⁊ in libridis ripa truncatus. Deīqȝ
ipſius ſtatue ex capitolio deiecte ſunt. Perlege ſacras lit
teras: quot Saul: quot Dauid: quot Salomon: ex his q
apud ſe potentes erant occidi iuſſerunt. Abimalech quia
potentē vidit apđ ſe Iſaac: ex regno repulit. forſitan ⁊ in
terfici iuſſiſſet niſi digitus dei cum illo fuiſſet. Clitonem
ſue nutricis filiū Philippi patris laudes ꝯparare fuiſſet
Alexander macedo ſua manu interemit. Extant nr̄i tp̄is
admodum multa exempla que ꝯſulto fugio: ne cui videar
detraxiſſe. De magno regni Apulie ſeneſcalco nemo me
dicere prohibet: quia tuta in mortuos eſt reprehēſio. hic
apud reginā Iohannā primo in loco fuit: potentiāqȝ ſuaȝ
firmiorē putabat: quia ⁊ ſtupris ſeſe inſinuauerat. At regi
na ꝯuerſo in aliū amore: percuſſores ad illud noctu trāſ-
miſit. quo mortuo alios ſibi concubinos ſubſtituit parari.
Sunt qui apud reges ꝑpetuo ſint potentes: ſepe qui heri
placuit hodie diſplicet. Nullū eſt in atrijs principū maius
ſtudiū q̄ȝ vt alios de gradu ꝓcipitent ⁊ ſe erigant potentiū
quilibet appetit. nulla inter curiales habitat fides. nō fra
ter a fratre tutus inuenit̄: nec patri filius fidus eſt: nec fi-
lius patrem ſeruat. quilibet ſibi ſtudet. oēs preferri volūt:
oēs mandare. Siquis potēs eſt: mille circa ſe oculos ha-
bet: ⁊ totidem linguas ad ruinā eius aſpirantes. ⁊ vnus
hinc: alius illinc premit nimium. multos timere habet qui
multū poteſt. ⁊ illū oēs oppugnāt qui principi gratior exi
ſtimat̄. Ruunt turres que iuxta flumen ſite perpetuū in ſe
aque curſum recipiūt. Quid tu facias q eximius volūtate
dependes: in cuius amore nec ferro nec plumbo ſed cera
fixus teneris: quā vel infrigidatus amor excutiet: vel ire
feruor eliquabit. Nō oībus tantū arridet fortuna quantū
cancellario nr̄i ceſaris Gaſpari Slichio: quē vel mirāda
fati clementia: vel ſingularis virtus atqȝ preſtātia que in
pauciſſimis hoībus repit̄: apđ tres ceſares int̄ primores

potentem reddidit. Alios ꝟo vix vnq̄ vidimus in curia
ſucceſſoꝛis tales eſſe q̄les apͦ ãnceſſoꝛē fuere. Sꝫ p̄cipi-
tari ꝯplurimos ex gradu cernimus: ita vt quãto pꝛius ho
noꝛatioꝛes ⁊ potētioꝛes cenſebant͛: tanto exiñ debilioꝛes
⁊ inhonoꝛatioꝛes fiant ⁊ ſint: inimicis gaudio: amicis ꝟo
⁊ pꝛopinq̄ ⁊ ſibi doloꝛi moleſtie atq̄ dedecoꝛi. Eſt autē
vulgatiſſimus eoꝝ finis qui apud pꝛincipes vel honoꝛeꝫ
vel potentiā q̄ritant: quos in erroꝛe tā manifeſto ꝯpꝛebē
ſos ſtultiſſimos eē nemo negauerit. nec plura de potētia.
n Unc diuitias ꝓſequamur quas mīme dubiū eſt cō-
plures moꝛtalitates in curiales carceres attraxiſſe:
q̄ cū Hoꝛatio ſe laboꝛē ferre dicūt ſenes vt in ocia tuta re
cedāt. Quidā ꝟo Juuenal. referūt verba: Qn̄ ego figam
aliq̄d quo ſit mihi tuta ſenectꝰ a tegete ⁊ baculo. Aduer-
ſus quos poſſum ſaluatoꝛis nr̄i ſermonē referre: q̄ tā diffi
cile dicit diuitē intrare regna celoꝝ: q̄ꝫ ꝑ foramē acꝰ trāſi-
re camelū. quo fit vt ſtultū ſit diuitias querere ⁊ ſpem pa
trie celeſtis amittere. Nec mihi quiſq̄ timoꝛem famis ad
ducat: quaſi nō habeat xp̄s vn̄ alat pauperes ſuos. Apl̄i
nauē ⁊ retia reliquerūt inq̄t Hiero. nec tn̄ illis quicq̄ de-
fuit. Libertas xp̄i paupeꝝ ⁊ olera Creſi diuitijs p̄ferunt͛
Sꝫ iſta foꝛtaſſe nimiū religioſe dicunt͛. nec talia ſunt que
vulgo pꝛobari queāt. Agamus igit͛ pingui minerua: ꝯſen
tiamuſq̄ Juuenali ⁊ Ariſtoteli: ad felicē vitam opus eſſe
diuitijs. quia non facile emergūt quoꝝ virtutibus obſtat
res anguſta domi. Sunt qui ſe poſſe putāt diuitias cumu
lare pꝛincipibus ſeruientes. at hi vt diuitias ꝯparēt liber-
tatem vendunt: nec tn̄ diuitias aſſequunt͛. Nā ſi tibi pꝛin-
ceps vel bn̄ficia ꝯtulit: vel feuda ꝯceſſit vel res alias. tan
to magis ſeruire teneris quanto maioꝛa ſunt dona. Qđ ſi
aliūde neſcis: ex Gregoꝛio diſcito. Cū enī inq̄t ille: Augē
tur dona: rōnes etiā creſcūt donoꝝ. Qđ ſi tūc ex curia ve
lis abire cū diues es factus: mox oīa ꝑdidiſti. Jnuenit͛ cā
ſubmittit͛ accuſatoꝛ. ꝯuinceris reus etiā nō ꝯmiſſi criminis.

auferunt̄ bona · ⁊ ne ꝯqueri vnqꝫ poſſis eripit̄ ⁊ vita · Si
vero in curia ꝑſeueraueris: oportet ad queuis impia re-
gis eſſe paratū · ire in bellū · ꝑ latrones trāſire · nauigare in
mari · manere in peſte · mille capitis adire pericula · iuſtū et
iniuſtū exeq mandatū · ridere ⁊ flere cū rege · laudare quē
laudat · vituꝑare quē vituperat · nulla tibi in verbis aut in
opibus libertas ſuperit · Quid igit̄ ſtultius eſt qꝫ diuitias
per tot tormēta cogere: cū ſit manifeſta freneſis teſte Sa-
tiro: vt locuples moriaris egenti viuere fato · None pre-
terea deliramentū eſt: cū duo vel tres cumulauerint opes
oēs huius liberalitatis munificentiā expectare ⁊ non po-
tius infinitos reſpicere: qui dū regibus ſeruiunt ad extre-
mā inopiā ſunt deducti · Iā dabit̄ inqt Perſius iāiam do-
nec deceptus ⁊ exſpes: Ne quicqꝫ fundo ſuſpirat munus
in imo · Diuitibus nōnunqꝫ dari ſolēt diuitie: ſicut ī mare
ferunt̄ aque · Nemo pauꝑ ꝗuis diu ⁊ admodū vtilit̄ ſer-
uierit: tantū p̄mij reportabit quantū diues ex obſeqo ꝑuo
Nō eni ſeruitia in curijs principū ſ; ꝑſone ponderant̄ · nā
⁊ ꝑuos ꝑua decēt: ⁊ magnos munera magna · nec donat̄
reges ſolēt qđ nequeāt cū libido fuerit auferre · itaqꝫ nec
rē donatā ſi velis alienare poteris: nec ī aliud regnū trāſ-
ferre: nec ex ea quicqꝫ diſponere qđ regi nō placeat · quid-
ꝙ neqꝫ teſtādi facultatē hēbis · nāqꝫ ſi liberis careas nēo
tibi niſi princeps erit heres · Si adſunt filij: niſi ⁊ ipſi prin-
cipi ſeruiāt nō ſuccedūt tibi · taceo quot diuites necati iuſ-
ſu eoꝝ ſint q eos ditauerint · Solēt · n · principes ſic nōnul-
lis largiri multa: ſicut ⁊ nos ſues paſcimus: vt eos poſtqꝫ
impinguati fuerint deuoremus · ſicut de Seneca Longi-
noqꝫ legimus: quos propter diuitias interemptos Iuue-
nalis affirmat his verſibus · Temporibus diris igitur iuſ-
ſuqꝫ neronis: Longeuū ⁊ magnos ſenece p̄diuitis ortos
Clauſit ⁊ egregias lateranoꝝ obſidet edes · tota cohors
Perierūt eni ⁊ laterani ꝑꝑ diuitias · Sctē igit̄ ſcriptū eſt
et vere: Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis ·

Adde ꝙ pauciſſimi reges què ſua ſunt donāt· rapiūt eniꝫ
vt donent· que nec vera ſunt dona nec iuſte poſſidentur·
cū vix regnum vllum inueniat᷑ qđ nō ſit vel partū vel ꝯti
nuatū fraude· Quid eſt qđ largiri iuſte principes poſſint·
vñ pecunie: vñ iocalia veniunt que apud principes ſunt:
niſi ex raptu vel venditione iuſtitie: aut ex ſpolijs eccliaꝝ
At iſta ſunt iniquitatis premia que nec regi ꝓdeſſe neqꝫ
tibi vtilitati donata fuerit eſſe poſſint· Relinquamus igit᷑
hanc diuitiaꝝ cupiditatem: quia non implet᷑ auarus pecu
nia· ⁊ auaro vt inquit Hiero· ⁊ Seneca prius dixerat: taꝫ
deeſt quod habet q̄ꝫ quod non habet· Scimus ſcripturā
dicentem: quia non proderunt diuitie in tp̄e vltionis· Di
ues enim cum interierit non ſumet oīa: ⁊ non deſcendet
cū eo gloria domus eius· Viuamus obſecro tanqꝫ nihil
habentes ⁊ oīa poſſidētes· Victus atqꝫ veſtitus: vt iteꝝ
Hiero· verbis vtar: diuitie xp̄ianoꝝ ſunt· ⁊ has eſt potēs
nobis dñs abſqꝫ miniſterio principum tradere· Diuitias
veras apud reges non inuenimus· vel tales inuenimus
quas longe melius fuerat non inueniſſe· At hoc de diui
tijs libaſſe ſufficiat· Ex quibus ni fallor monſtratū eſt ſtul
titie operam dare: qui ob opes principibus famulantur·

n Unc tempus admonet vt de voluptatibus diſſera
mus: in quibus multi mortales beatitudinem poſue
runt· Atqꝫ imprimis Epicurus vir alioqn magnus quem
ph̄i noſtri temporis magis verbis q̄ꝫ factis reprobāt· Nā
quotus eſt obſecro vel theologoꝝ qui voluptatibus non
inſeruiat· Quamobrem ſiquem forte inueneris qui aſper
netur oculis pulchritudinem reꝝ· nō odore vllo: nō tactu
non ſapore capiatur: ſecludatqꝫ auribus oēm ſuauitatem·
huic hoīes ⁊ fortaſſe pauci deos propitios: pleriqꝫ auteꝫ
iratos putabunt· In oīone pro Marcello Ciceronem di
centem inuenimus: quibus in verbis oēs quinqꝫ ſenſus
tetigit: quibus voluptates hauriunt᷑: Cunqꝫ due vie ſint
q̄bus hūana vita ꝯtinet᷑: altera virtutū: altera voluptatū·

Illa deſerta inculta atq̃ intercluſa frōdibus ⁊ virgultis:
hec ſemper hoīm frequentia teritur. nec quiſq̃ eſt qui vo
luptati non obſequatur. Suntq̃ admodum multi q̄ tanq̃
voluptatibus fruituri obſequia principum amplectuntur.
quodq̃ ſtultiſſimū ſit operepretiū fuerit oſtendiſſe: ac de
voluptate que primū oculis percipit̄ primū dicamus.
o Blectantur nonnulli dum ſplendidos equites ꝓſpi
ciunt: dum bella geri exercituſq̃ ꝯcurrere vident: dū
formoſas cultaſq̃ mulieres intuent̄: dum cetus hoīm or-
natoꝝ. dum ludos. dum iocos. dum pulchros equos. duꝫ
picturas. dum ſericeos pannos: purpureos: aureos. dum
mirificas veſtes. īſignes vrbes. egregias domos. alta pa-
latia. marmorea templa. teſtudines. viridaria prata. lucos
fontes. flumina. feras. ſerenum aerem. montes aphricos.
amenas valles. armenta. canes. ⁊ hmōi cetera ꝯtemplan
tur. At hec oīa multo iocundiora ſunt priuatis hoībus q̃
curie obligatis. Nam qui ſeruitio regū mancipatus eſt: in
bello nō vt ſpectator ſed vt miles aderit: ⁊ huc atq̃ illuc
ꝯcurſabit: ac hoſtē ferire. ſeq̃ tueri magꝭ q̃ oblectari ocu-
los cogitabit. Mulieres nō intuebitur niſi cū regi placue
rit. tuncq̃ illas videbit q̄ alijs grate ſibi moleſtiſſime ſint.
Ornati veſtibus hoīes plus inuidie q̃ voluptatis prebe
bunt. ⁊ alienos equos ⁊ meliores ⁊ nitidiores q̃ ſui non
letabitur inſpexiſſe. Jocis atq̃ ludis ꝑraro intererit: late
ri regio ſemꝑ aſſiſtens. Palatia vō templa picturas faci
lius ſpectare mercatores atq̃ priuati homines q̃ curia-
les pñt. Cumq̃ reges ꝑraro regnoꝝ ſuoꝝ limites exeant:
vrbes inſpicere nō niſi vnius regni poteris. nec quid apd̄
alias gentes ſit pretioſum videndi tibi copia dabitur. Ea
quoq̃ que in campis ſunt viſu delectabilia rariſſime inſpi
cies: domo clauſus quaſi captiuꝰ. nec vnq̃ exibis niſi cuꝫ
rex vel venari voluerit: vel aliter animū relaxare. qd̄ tum
fiet cum maxime velles domi manere: cū niues agros co
operuerint: vel cū ſolis feruore mūdus ardebit. Sꝫ marcet

plerunqꝫ ſub tecto ſqualida pulueribus pars maioꝛ curia
lium·nec i choꝛeis atqꝫ tripudijs feīaꝝ delectatio dať·cū
tu illam reſpicias que in alium ferť: ⁊ te nedum ſpernit ſꝫ
etiā odit·nulla dies eſt in qua res mille non videas q̄ tuū
ꝯturbēt aīm·ſemꝑ tibi ante oculos inimici ſunt·oſculariqꝫ
manū ꝑſepe cogeris quā velles trūcatā vidē: facileqꝫ plꝰ
amaritudinis q̄ꝫ dulcedis viſus tuus ex curia reportabiť·

c ¶ In auditu dices:magna eſt curialiū delectatio:dū
nouitates totius oꝛbis viros ſapientiſſimos loquē-
tes:dum geſta viroꝛum magnoꝛum:dum cantus ſonoſqꝫ
audiunt muſicoꝛum·Credo ⁊ hoc pleroſqꝫ decipere· Sꝫ
medendum eſt etiam huic parti:ne quis obiectaturus au
res curie ſe aſtringat: ac moleſtiam pro voluptate perci-
piat· nam quod tu mihi de nouitatibus ais abs negocio
confuto: cum plura illic diſplicentia q̄ꝫ grata audiantur·
Cū nūc ciuitates capte·viri preſtantes occiſi·ſpolia facta
rapine cōmiſſe·victoꝛes mali· victi boni ſepius referanť·
Uiros autem ſapientes qui de moꝛibus ac ſecretis natu
re diſputant:quiqꝫ hiſtoꝛias referunt:non niſi per adula-
tiones apud pꝛincipes accipies· Qđ ſi nonnunqꝫ oꝛato-
res atqꝫ philoſophi diſerti curias adeunt:oꝛationeſqꝫ co-
ram pꝛincipibus habent:non tam dulce eſt eos illic audi-
re vbi cum metu magis loquuntur:q̄ꝫ in ſcolis vbi ſunt li
beri ⁊ ad veritatem non complacentiam fantur· Hinc eſt
ꝙ Athenis dum libera ciuitas fuit:⁊ Rome dum ꝯſules
remp·gubernabāt:litteraꝝ ſtudia maxime floꝛuerunt· In
curijs vō quilibet ſermo per adulationem habetur: nihil
ad verum dicitur:cōmendantur mali:boniqꝫ vituperanť·
Sunt qui veterum narrant hiſtoꝛias: ſed mendoſe atqꝫ
peruerſe·claris auctoꝛibus non creditur:ſed fabulis ina-
nibus fides adhibetur· Plus Guidoni de columna qui
bellum troianum magis poetice q̄ꝫ hiſtoꝛice ſcripſit· Uel
Marſilio de padua:qui tranſlationes imperij que nunqꝫ
fuerūt ponit·vel Uincentio moꝛcho:q̄ꝫ Liuio·Saluſtio·

Iuſtino. Quinto curtio. Plutarcho. ac Suetonio preſtātiſſimis auctoribus creditur. Citharistas vō ac cantores quibus curia ſolet optimos habere. plus enī hoc genus hominū q̄ phoꝝ vel poetaꝝ principibus placet. non ad tuā ſed regis audies voluptatem. Cumqꝫ dormire aut aliud opus facere velles; tum potiſſime iſtoꝝ ſonis aut cantibus inquietaberis. Omnibus hoc vitium eſt cantoribus inquit Horatius: inter amicos vt nunq̄ inducant animū cantare rogati: iniuſſi nunq̄ deſiſtant. quo fit vt cū nolis audias: cūqꝫ velis nuſq̄ appareant. et tū his ſingulis kl's aliquid cogeris elargiri. Quid q̄ oīa iurgioꝝ atqꝫ rixaꝝ ſunt plena. vnus alteri maledicit. increpant ſeinuicē. blaſphemie in deum ſanctoſqꝫ iaciuntur. oēs in ꝯfuſo loquūtur. tot clamores ſunt vt vix ſociū qui prope te eſt valeas audire. quilibet ſua facinora narrat cura derogatione alterius. illi ſuam patriā laudāt ⁊ alienam vituperant. ſpurciſſima vndiqꝫ verba perſonant. nulla in verbis modeſtia nulla reuerentia. nullus pudor. ſcurre ſemper audiuntur: vel detrahentes vel ructantes. nam his ſolis libertas eſt quicquid vel facere velint vel dicere. At hec ſiquis ſapiat: mutus potius eſſe velit q̄ audire.

i Iam de tactu pergamus in quo venus potiſſime dominatur. quam nonnulli rerum ignari blandiſſimam in curijs eſſe confidunt. Ex eo errantes q̄ mulieres eos amare conſueuerunt qui veſtibus ſunt ornati: qui crines ventilant: qui torneamentis interſunt: qui canūt: qui choreas ducunt: qui ſemper leti atqꝫ hilares inueniuntur. ſicut curiales eſſe videntur. Sed minime ita eſt; vt grata ſit hic venus. Nam ſiqua eſt mulier que hos amat: non tamen eis ſe credit; quos loquaces agnoſcit. iactatores. inſtabiles. plurium amatores. niſi forſitan aliqua eſt que famam paruifaciat. tuncqꝫ multi circa vnam concurrunt. nec vllā ſine riuali diliges. hinc rixe. contentiones. odioſa verba. interdum verbera ⁊ homicidia. nullam nutrire

modico poteris: cui adſint qui multa promittant. veniet alter te pulchrior ⁊ acceptior. nulla tñ fides eſt que vno contenta ſit viro. ſepe cum amicam petes: aut aliū cum ea inuenies: aut iſſe illam ad aliū repies. Qđ ſi grata tibi obtigerit ⁊ fida puella: non poteris niſi raptiꝫ ⁊ ꝑ furtū eſſe cum illa. neqꝫ eniꝫ ſeruire regi ⁊ amori poteris: qr vterqꝫ inſolēs dñs eſt: ⁊ qui hoiem totū vult ſibi. Adde ꝙ nedū amicā ſed nec ꝯiugē in curia pudicā ſeruabis. tot ſunt vndiqꝫ proci. tot formoſi iuuenes. tot ꝓmiſſores. tot lene: vt nec caſtiſſima cōiunx reſiſtere tot impugnatiōibus poſſit. ꝙ ſi ꝓbatiſſima fuerit deſerēda eſt tñ: cū indies curie principum moueant̄. ſiue ꝯiunx ſit ſiue ꝯcubina: tūc anxietas mentiſqꝫ dolor: quia nec cum amica remanere: nec illā ducere tecum potes: ⁊ inſtabilitatem feie remanentis cuius eſt in horas mutari ſemꝑ ſuſpectā habebis. Junge irriſiones ac detractiones que fiant amātibus. Dinumera diſcrimina pōdera ſuſpitōes. Oia h̄ cū ſint ꝑuatꝫ grauia: curialibus iportabilia. nec vſqꝫ in atrijs regū tactus oblectat̄.

ſ Equuntur alij duo ſenſus odorandi ⁊ guſtandi: qui partim ꝯiuncti ſunt: partim diſiuncti. Nanqꝫ dū fercula redolentia ſapidaqꝫ comedimus vterqꝫ ſenſus letat̄. Siquis aūt floꝝ ⁊ vnguentoꝝ ſequat̄ fragrantiā: non guſtum ꝫ odoratū iuuabit. ⁊ officiū ſuū odoratus amittet cū in palato cibus maſticabit̄. At hi quibus i ſolo palato eſt cauſa viuendi ſtulti ſunt: ⁊ pecudū vitā nō hoīm ſectant̄. Nā ⁊ Apl's eos vituperat quoꝝ deus venter eſt. rē nāqꝫ damnatā ſequunt̄. Quis plurimi ꝓpterea velint regibus obſequi vt bibere atqꝫ edere maxie poſſint. ⁊ qa pīcipes optimis vtunt̄ vinis ⁊ cibarijs: veſci q̄ꝫ ſe eiſdē ſperāt: potaturoſqꝫ cū regibus ſe confidunt. ac ſicut muſce pingues menſas: ſic iſti vnctas dñoꝝ ꝓpinas inſectant̄: quis regalibus epulis magis muſce q̄ iſti potiant̄. Videamus igit̄ apud faſtigiū regale quanta ſit curialiū edendi atqꝫ bibendi voluptas. que ſane tūc optima eſt cū fames adeſt atqꝫ

ſitis:cum nec illa tibi nec iſta protrahit. At in curia praro
ante meridiem cibaria diſtribuuntur:quo tempore non fa
melici ſed rabidi ſunt homines. Quibuſdaƺ vō expectatio
longa debilitatis ſpiritibus appetitū ſubripuit. Alij modi-
co pane vel caſeo preguſtato orificiū ſtomachi clauſerūt.
quo fit vt alij vorent quicquid apponit: ⁊ ad crapulā im-
pleant. alij vel nimiū ſumere nequeant. Interdum in ortu
diei ⁊ ante lucem fercula poſita ſunt;que niſi comederis:
vſqꝫ in noctē ieiunabis. nec tñ ſtomachus officiū ſuū fecit
nec appetitus adeſt. Cū poſt meridiē pranſus fueris:rur
ſus poſt horā cena ponit. nunqꝫ in ſuo tpe cibus affertur.
hinc ſubite mortes:atqꝫ inteſtata ſenectus: ⁊ orexis: ⁊ vo
mitus: ⁊ ilioꝝ dolor: ⁊ calculus: ⁊ morboꝝ oīa genera vi
uunt. qualis cena tñ;vinū qđ ſuccida nollet lana pati:vt
Juuenal' ait: affert. qđ cū biberis inſanus fias. acetoſum.
aquaticū. corruptū. pēdulū. acerbū. aut frigidū. aut nimis
tepidū. colore ſaporeqꝫ malo. Taceo illos principes qui
tm̄ ceruiſiā in potu prebēt: que cū vbiqꝫ amara ſit:in cu-
rijs tñ ⁊ amariſſima eſt. nec tibi aut in argento aut in vi-
tro dari credendum eſt: ꝑꝑ qđ rome cū bochare nemo la
uari volebat. Ego magnifico hero meo Gaſpari cancella
rio grās ago;q me hac ex ſnīa īmunditiaꝝ detraxit: ⁊ ad
lautā eius menſam deduxit. qꝫuis niſi ipe fuiſſet iā curiaꝝ
tedijs renūtiaſſem. Sꝫ ꝓſequar ceptū iter. Piſces tui vel
lucij parui vel carpones:vel allecia ſi natalitiū fuerit. po-
teris ⁊ tencā guſtare luti in quo iacuit odore fetentē. vel
anguillā colubre cognatā. aut boſce piſces qui apđ cloa-
cas vrbiū nutriunt. Siquis tibi nobilior piſcis apponetur
quatriduanus erit. Panis tuus niger et adeo durus vt
vix geminis dentibus frangi queat. Et qꝫuis eodē precio
ſepe niger ⁊ albus panis ematur:ne tamen aſſueſcas:ſem
per nigro paſceris. Voluntqꝫ dñi aſſidue inter ſe ac ſer-
uos diſparitatem notari: qꝫuis neqꝫ voluptati nonnunqꝫ
neqꝫ vſui fuerit. Tua inſuper fercula eadem ſunt. facileqꝫ

in annū quid tibi edendum ſit ſcire poteris· queres admo
dum voluptatem: diminuit que ſolet varietatibus irritari
Poſſet forſitan aliquis hoc tollerare: niſi meliora pre ſe
ferri cōtinuo cerneret· ſicut curialibus accidit: qui dū ſor-
didum panem terunt: dumqꝫ in mortem equoꝝ vel ordeū
vel ſpeltā vorant: aut quas vocant caſeatas· Interea dñi
piſcem quem corſica miſit: vel thauromitane rupes· ſeniē
tia nanqꝫ guttura ſatiare non ſufficiūt· Noſtra flumina ne
maria dum piſcatores proxima queqꝫ ſcrutantur retibus
nec piſcem ſinunt in vicinia creſcere· ecce mox alium qui
longi latiqꝫ pectoris: necnon ſquillā deferta ſparagis vn-
diqꝫ ſeptam: cuius cauda nedum familiaꝫ ſed hoſpites q̄ꝫ
ſiqui affuerunt conuiuaſqꝫ deſpicit· ille murenam adducit
ex Sicilia: quam inter ſcyllam ⁊ caribdim cepit dū auſter
ſe contineret· Quid accipenſeres· turtures· temulas· aut
alios piſces enumerem· quicquid in aquis ſuauius alitur
ante principem: atqꝫ id vel aſſum: vel oleo venefrano: vel
vino coctuꝫ optimo intueberis· Maxima inter piſces tibi
inuidia accreſcit· nec minor inter carnes: cum ceruum· le-
porem· aprum· capream· caſtora· faſcianū· perdicē· gruem·
pauonem· oricem· gallinā· turdos· merulas· ficedulas· ar-
deas· anſeres· edulos· agniculos· cuniculos· aſperiolos· ⁊
quicquid volat ⁊ quadrupedat ſaporis egregij vorātem
principem videas· atqꝫ hec egregie ꝯdita: pulmentarijſqꝫ
preparata ſuauiſſimis· Que cuꝫ reſpicis: nihil ex his que
ante te ſunt mordere potes: ſed expectas ⁊ ad comitē di-
cis: Ecce iam dabit nobis ſemieſum leporem: aut aliquid
quouis pacto guſtare· Caſeus ex Parma Placentiaqꝫ
deducitur· ſudans· cecus· pinguis· ex ouibus factus: que
ſolum ſerpillum cū ſuauiſſimis herbis depaſte ſunt· Stru
ctorem interea ſaltantem per domum et chiromanta vo-
lanti cultello ante dñm diuerſis geſtibus leporē atqꝫ gal-
linam ſectantem ſpectabis: ⁊ qui te nihil horum permit-
tit tāgere quibus oblectareris· Quiſnam eſt qui rebus in

iſtis voluptatem eſſe curialibus credat. Quis nō potius
penam ingentem cruciatumꝫ maximum recognoſcat. an
non ſimillimum eſt hoc tormentum illi quod poete finxe-
runt de Tantalo: qui nec in aquis bibere: nec in pomis
edere poteſt: q̃uis ad mentum vſꝫ vtraꝫ ſibi pertingāt.
Quid quod in menſa principis aſſidue fabulatur: atꝫ ta
cenda dicendaꝫ fatur: cum tu nec loqui nec biſcere au-
deas. Nā ſi forte mutire preſumpſeris: aut mutu aliquid
ſignificare: quaſi caſus per plātas educeris foras: ac vel
latro vel fur vocaberis vel adulter. Maxima queꝫ do-
mus: vt Juuenalis ait: ſeruis eſt plena ſuperbis. Jlle pa-
nem magno cum murmure porrigit. ille indignanter ꝙ a
ſe aliquid poſcas ⁊ ꝙ ſe ſtante recumbas. aut non vident
famuli defectum menſe: aut ſi vident negligunt tñ emen-
dare. Sepe enim tibi vinum vel panis deerit: nec tamen
aliquod iſtorum poſcere audebis. Si vel aquam vt vinū
dones: vel acetū vt piſcem mergas: vel ſal vt carnes aſp-
gas: vnq̃ꝫ pecorum importunius diceris. Enumero tibi ſe
dentium tedia: ſed multo magis illorum ſunt qui ſtantes
ſeruiunt. ⁊ quotiens aliquid mordes ipſi tecum biant: et
aerem ſolum capiunt: qui ſolum paſcuntur cenarum reli-
quijs. Sed accipe moleſtias alias. Sunt in curia diuerſe
dapes. Nam raro minus quatuor ferculis cena paratur.
At iſta nunq̃ꝫ vt optares ex ordine dabuntur. ſemper qđ
vltimum velles erit primum: cū pane ſatur ⁊ vīi plenus
dorſo fueris: tunc cibaria meliora porrigentur: vt vel ſto-
machatus renuas: vel ad crapulā cum tuo maximo dam-
no comedas. Qđ ſiqͥs caſus meliores epulas initio men-
ſe conceſſerit: mox ille ex oculis auferentur. Eſt enim ma-
gna miniſtris diligentia: ne diutius res pretioſiores eſſe
in menſa permittant. Nam in ponendo tardiuſculi: et in
leuando celerrimi ſunt. Aſpice inſuper in parapſide quot
manus enatant circa carnes: quot cultelli feſtināt: quale

periculum ſit illic manuꝫ apponere: niſi quis cyrothecam
ferream receperit. Sicut apud Strigonienſem archiepi-
ſcopum illum qui ante preſentem ſecundus fuit Floren-
tinum quendam feciſſe commemorant. Contigit enim vt
nonnunq̄ꝫ alienum quis digitum vel portiunculā manus
acceperit atqꝫ momorderit: vituli carnem vel bouis exiſti-
mans. menſe in curijs vndiqꝫ circundantur edentibus. ci-
baria ſuper caput tuum ⁊ humeros afferuntur. ſepeqꝫ ſu-
per te ius totum effunditur. hic te premit. is raptat ⁊ in fa-
ciem tuam vomit. inter ferculum ⁊ ferculū magna fit mo-
ra. tempuſqꝫ longum expectando conſumitur: cum intelle-
ctum nec ſpuere nec ſcreare potes: niſi ſcurrarum nume-
ro velis haberi. Nunq̄ꝫ certa comedendi eſt hora. ſi ta-
men in ipſo menſe initio non affueris: cena mulctaberis:
aut iurgijs afficieris acerbis. Inter hec nec porros: nec
ſepe: neqꝫ allium: quia venenum ab Horatio dicitur: co-
medere poteris. Nec igitur que principes edunt: nam il-
la tuum ventrem dedignant. nec que ruſtici vorant: quia
fetorem dominis ingerunt: guſtare permitteris. Craſſis
igitur illis ⁊ nullo ſapore conditis vteris dapibus. in qui-
bus ſi voluptas eſſet aliqua: ceſſaret tamen: quia cōtinue
ſunt ⁊ imutabiles. Nam voluptates: vt Iuuenalis affir-
mat: rarior vſus cōmendat. At in his rebus tantum deeſt
vt gaudium aliquod intercedat: vt male iudicare non exi-
ſtimem: qui ſummam in eis miſeriam: ſummāqꝫ cordis af-
flictionem poſuerit. Sed ſtultum atqꝫ imperitum vulgus
hec tedia non aīaduertit: ſolūqꝫ ſuſpenſas auro veſtes ac
ſublimes reſpicit in eq̄s milites. Et cū opes. argentū. auꝝ
famuloꝝ cateruas. ⁊ ornatū exteriorē intuet. miſerias inte-
riores nequaq̄ꝫ ꝯſiderat. At Seneca ſūma prudentia vir:
Iſti inquit quos ꝓ felicibus aſpicitis: ſi non que cernunt
ſed que latent videritis: miſeri ſunt: ſurdi: turpes: ad ſimi-
litudinem ſuorum parietum extrinſecus culti. Quo fit vt
curialibus qui ꝑꝑ irritamenta gule principibus ſeruiunt:

ne dũ ciues priuatos:qui cum iocunda ꝯiuge inter quam
dulces liberos caſte ac parce comedunt. vel ruricolas:q
medias inter oues caſtaneas de clunibus apri: iã piſcem
aſſum:iam ꝯgelatũ aromatico iure ad nos mittet:iã pul-
lum gallinaceũ:iam duas auiculas deſtinabit. Sed eua-
neſcit omnis cogitatus tuus. Nam curialibus nihil hoꝝ
porrigit:niſi fortaſſe ad cruciatũ tuum aliquid ſocio tibi
aſſidenti mitteret:quo ſcires illum te principi meliorem.
Nonnunquam ⁊ tibi tantillũ dabit:non quo ſatieris:ſed quo
magis afficiaris tedio quam ſuaues ſint epule principis ſciẽs
panem ante dñm niueũ ac molli ſiligine factũ aſpicies.ad
quem piſtandũ ꝓprius eligit ⁊ magno ſtipendio retinet
artocopus.quẽ ſi tangere volueris:increpatus percutie-
ris:qui panem tui caniſtri non receperis:nec intactũ heri
dimiſeris. Quod ſi ver fuerit ⁊ optata tonitrua cenas maio
res reddiderũt:radunt tubera:terre pocula credas. nãq
in vno furtum timet:in altero fractura. Potabis igit ex
ligneo cipho nigro antiquo fetido:in cuius fundo fex cõ-
creta eſt:quibus ſepe minxiſſe dñi cõſueuerunt. Nec tibi
vni ciphus dabit:vt ſi velis vel aquã miſceas vel purũ
bibas:ſed in cõi potabis: atq ibi mordebis vbi nunc vel
pediculoſa barba:vel ſaliuoſum labiũ:vel imundiſſimi dẽ
tes fuerunt. Interea vinũ antiquũ in tua preſentia regi ꝓ
pinabit:cuius tanta fragrantia eſt vt eius odore tota do-
mus repleat. Bibet is muſcatellũ maluaticũ:ex gallijs:
ex matrigali:ex riparia genuenſi:ex vngaria: atq ex ipſa
grecia ſibi afferri vina iubebit.nec vnquam tibi vel minimum
cyathum cõicabit:quamuis cardiaca paſſione crucieris. quod ſi
bonũ vinũ ante te ſit:non tñ iocunde ſapiet:cum melioris
fragrantiam tue hauſerint nares. Velles nõnunquam bibere
ſed non audes niſi maiores incipiant. Nec famuli vinum
apponent niſi poſt medium menſe. Quod ſi ante petieris:et
importunus ⁊ petulans ⁊ ebrioſus iudicaberis. Nec ſine
ignominia quod poſtulas obtinebis: nec ad tuam ſed ad

maioꝝ ſitim potabis. Vinum poſtq̃ in mēſa fuerit ꝑ mul-
tas manus trāſibit anteq̃ ad te veniat. nec ſpes mundari
ciphum dum pincerne remiſcent: q̃uis in fundo fex here-
at; vel intus aliquis ructauerit. Nā ſicut in templis aque
benedicte ſuperinfunditur; ſic in atrijs principum vinaria
vaſa quibus familie potant in anno ſemel euacuata mun
dant. Nec in vino tm̄; ſed in aqua quoqꝫ cruciatus ineſt.
Nā ſi ſtomachus dn̄i; vt Juuenalis inquit; feruet potuqꝫ
ciboqꝫ frigidior geticis petitur decocta pruinis. Quibuſ-
dam in eſtateꝫ ſeruatur glacies; atqꝫ hac in feruoribus vi
na frigeſiunt. nec tibi minima portio dabit᷑. maiori ſiti cru
ciaberis; quia videndo nihil guſtabis. Quid tibi de map-
pis dicam nigris laceris vnctis; que neduꝫ tibi faſtidium
moueant; ſed manibus applicantur; teqꝫ ſequitur ſiquan
do te volueris tergere. qđ plures veriti madidas pingui
iure manus in proprijs deſiccant veſtibus. Hinc eſt illud
abdomen quod in pectoralibus curialium cernis; vt ſati-
us ſit in ſtabulis porcoꝝ q̃ in curijs comedere dn̄oꝝ. Nā
menſalia illa munda ſericea duplicata ſolis principibus
ſeruiunt; ⁊ indies mutantur. tua trūcis affixa tamdiu diſ-
cerni a menſa poſſint. Audi nunc cibaria ⁊ ſume volupta
tem ſi potes. Nulla tibi alia mactātur animalia q̃ boues
capre porci vel vrſi. nec iſta recentia vel paululum trita;
ſed poſtq̃ fetere ceperunt diſpenſatores emere ſolent. nā
quo minoris emunt eo magis furantur. Carnes tue frigi
de. bis cocte. imunde. inſipide. fetentes. fumo ⁊ carboni-
bus plene. nullis condimentis. nullis ſalſamentis. ſpecie-
buſqꝫ nullis apparate. caules putride marcentes ⁊ muſci
de. legumina ſemicocta. cicera piſis fabis lentibus inter-
dum pulueribus atqꝫ cineribus mixta. Caſeus raro ad te
venit. aut ſi venit; viuus eſt plenus verminibus. vndiqꝫ per
foratus. ſitu ſqualidus. ſaxo durior. butirum fetidum; lar-
dumqꝫ rancidum tua fercula condit. Oua nunc apponū-
tur tibi cum iam pullos alūt. Pira ⁊ poma marcida; que

niſi tu comederis porcoꝝ eſca fuiſſent. Oleū quo tibi excoquuntur fercula de lampadibus ſumitur: vel lucernis: cuius fetore fugari ſerpentes poſſent: quale illud fuiſſe. Et vſqꝫ a Libia deferuntur Boletti optimi: quales edere ſolebat Claudius ante illuꝫ in quo venenum vxor ſibi porrexit. Curialibus autem viles ⁊ ancipites fungi ponuntur: ⁊ in quibus ſepe mors editur. Poma principis talia ſunt qualia ſorores dicūtur Heſperides habuiſſe: et in his ſolum oblectari potes. tam enim odorifera ſunt vt non ſolum propinquos: ſed lōge etiam ſtantes odore ſuo perfundunt. tangere tamen illa nō poteris: aut molles et mitia poma cum lacte vorantes: nitididi fluminis vndas exhauriunt. Sed ipſos quoqꝫ qui in crepidinibus petraꝝ vel in pontibus: vel ad eccleſiaꝝ valuas mendicant ſine cunctatione preponam. cum illis nec ex ſnīa ſuccedat qđ appetūt: nec ſi ſucceſſerit meliores propterea beatioresue fiant. Sūt igitur omnes ſtulti qui ob has cauſas in regiū famulatum ſeſe recipiunt.

c Eterum cum ab initio dixerimus quoſdam eſſe qui tanqꝫ anime conſulturi regalibus ſeſe dedunt obſequijs. Eſtimant enim conſulendo regibus: vtilitatem rei promouendo: pupilli et viduarum tuendo cauſas: afflictis et inopibus ſuccurrendo: tanto magis deo placere: quanto maiore tedio iſta peragunt. Reſpondendum eſt etiam his: ne qui ſtultiores ſunt alijs ſapientiores omnibus videantur. Q̄uis neminem adhuc cognouerim qui non ſuum aliquod temporale cōmodum apud reges inſectaretur. Fingamus tamen aliquem fore quem ſola ſalutis anime ratio mouerit. An ita eſt vt hoc in curia ſibi poſſit obtinere. Conſulemus ne nos viro bono: in obſequio vt ſe regis imergat. Putabimus ne ſic animaꝫ lucrefieri mihi hercule. non fit veriſimile in curijs principuꝫ: vbi tot vitia regnant: vbi tot irritamenta ab exercitio virtutum ſubducunt virum aliquem bonum poſſe perſeuerare.

Nanqꝫ vt ſeſſor bonus in equo retrogrado vel calcitro-
ſo excutiet dilabeturqꝫ· tandē ſic vir bonus ⁊ iuſtus apud
reges diffluet; vel imunitus reꝝ licentia ac fluxu; ⁊ tot im-
munditijs tum vitioꝝ tum hoīm circūuentus declinabit a
via; ⁊ in ſcopulos ruet ventoꝝ viribus actus ⁊ tempeſta-
tum· quod cum Plato in Athenienſi curia ꝓſpexiſſet; fu-
gere potius ſtatuit ꝙ inter tot vitioꝝ inquinamenta mo-
rari· Cognoſcito igit̄ te ipſum qui ſequi curiam ſtatuis; ⁊
an Platone ſis maior animaduertito; an plus viriū tibi
ꝙ illi ſit ad reſiſtendū male ꝯſuetudini· Oportet in curijs
obſequi· oībus cōicare qđ habes· ſeruire tꝑibus · verſare
naturam ⁊ regere· necnon teipſum huc ⁊ illuc torquere ⁊
flectere· cum triſtibus ſeuere· cum remiſſis iocunde· cū ſe-
nibus grauiter· cum iuuenibus comiter· cū facinoroſis au-
dacter· cum libidinoſis luxurioſe viuere· quod niſi feceris
nec magnus in curia; nec diuturnus eē poteris· Sꝫ repli-
cabis mihi fortaſſe illum ipm̄ Platonem quē fugiſſe cu-
riam ſuperius ſcripſi· poſterius tn̄ ad Dyoniſium Sicilie
tyrannū ꝑueniſſe illicqꝫ ſeruiſſe· Sic eſt vt ais; ſꝫ vide quid
obtigerit· Nanqꝫ vocatus ab illo per doctrine ſpēm cum
tyranni vitia corripuiſſet; tyranni fraude venundatus eſt·
Nec is ſolus ex ſapientibus iram principis expertus eſt;
Nam ⁊ Xenonem phm̄ ſenem admodum phalaris tyran-
nus omni cruciatus genere dilacerauit· Anaxagoras no-
bilis phs ab Anacreonte cyprioꝝ rege occiſus eſt· Boe-
tius iuſſu Theodorici regis interijt· Lōga mora eſſet ſi
quos viros bonos necari principes iuſſerunt; enumerare
voluerim· nec mihi quiſpiā vel Moyſen vel Heliſeū vel
alium quempiam phoꝝ ꝯmemorauerit; quaſi ⁊ ſibi liceat
quod viris diuinis permiſſum extitit· Nec illi cū regibus
manſerunt; ſed functi legatione quam deus eis mandaue-
rat abierunt· Solus Ioſeph apud Pharaonē moratus
eſt; quem ordinatio diuina pro ſalute populi illuc tranſmi-
ſerat ⁊ venundatio fraterna · Fatebor ⁊ Mauritium et

Martinū militaſſe ac principibus ſeruiuiſſe. Sed ille ꝗ̄ primū xp̄ianus cognitus eſt: cum tota moꝝ legiōe thebea truncatus eſt capite. Hic vt vir factus eſt: ⁊ regia caſtra dimiſit: ⁊ in obſequium dei ſe ſequeſtrauit. ſciebat eniꝫ vir ſanctus quia pupilloꝝ ⁊ viduaꝝ cauſe ad principes non egrediuntur: quia nunꝙ̄ apud reges cauſa paupeꝝ defenditur. quia venalis eſt omnis iuſtitia. quia impudicus eſt oīs ſermo. quia nulla miſericordia. nullus religiōis zelus nulla caritas. ſꝫ inuidia ⁊ ambitio tm̄modo dn̄atur. Quibus obſiſtere fortiſſimi fuerit: ⁊ plus diuina ꝙ̄ hūana ſapientia. Et ꝙ̄uis eſſet Martinus ipſe ſanctiſſimus: poſſetꝗ ſua virtute ſuperare malitiaꝫ. amplius tn̄ militiā nec per ſe voluit ſequi: nec alijs imitandā ſuo exemplo demōſtrare. Nec ſaluator nr̄ xp̄s interrogatus quid faciendum eſſet ad vitā ꝯſequendā: vade dixit ⁊ regibus ſeruito: ſed vade inqͣt ⁊ vende oīa que habes ⁊ ſequere me: nō principem non regem: ſed me. non curiā: ſed me inꝗ̄ ſequere. Videas igiẗ tibi vir bone qui ꝓpter aīam ſequeris curiā ne ꝑ curiā illam perdas: quia multi ſunt ibi laquei. multa offendicula. multe inſidie demonū. Durum eſt ambitionem frenare. auaritiā ꝯpeſcere. inuidiā domare. iram cohibere. luxuriā coartare: dum ſemper inter iſta verſeris. Si quis tn̄ adeo ſic creditum talentum nouit: vincere vt iſta poſſit: ⁊ tanꝙ̄ ſol imaculatus in luto verſari. ſi pōt picem tangere ⁊ ab ea non inquinari. ſi poteſt ignem ingredi et non vri. non illum ſequi curiā prohibeo: naꝫ meritū tanto grandius aſſequetur quanto periculoſius militauit. Sed perſuaſum eſt mihi neminem eſſe qui curie ſeruiendo non potius vincaẗ a vitijs ꝙ̄ vitia vincet. Dociles imitandis vt Juuenalis verba recenſeam: turpibus ⁊ prauis oēs ſumus. In geñ. quoꝗ diuinū oraculum eſt in hunc modum Senſus enim et cogitatio humani cordis in malū prona ſunt ab adoleſcentia. Non ſuaſerim igiẗ vlli in curijs imorandum. nam ⁊ aīa vt dixi diſcrimini magno ſupponitur:

ꝛ vita ſepe ante tempus amittitur· qm̄ vel pꝛincipum deſi
derio fauebis: ac vltro ſuis vitijs arridebis: ꝛ animā per⸗
didiſti · vel increpabis malos moꝛes: accuſabiſq; ſcelera:
ꝛ ea in re iram pꝛincipis experieris · Cyrus Perſaꝝ rex
Arpali familiari ſuo admodū ante caro ob depꝛehenſum
in ſe vitium filios epulandos in conuiuio dedit· Cambi⸗
ſes eiuſdem ex cariſſimis: qui ſe de ebꝛietate coꝛripuerat
filium ſagitta tranſfixit· Ne tu mihi Ariſtotelem obijcias
ſummū philoſophum Alexandri magni caſtra ſequētem·
Neſcis enim qua voluptate hoc egerit: ꝛ an ſibi libertas
fuerit aliter faciendi· At ſecuti ſunt Alexandrum ꝯplures
alij: Caliſthenes philoſophus· Critus frater· Callacta⸗
neus· Lyſimachus miles ꝛ philoſophus inſignis· Cali⸗
ſthenos dum adoꝛari moꝛe perſico Alexandrum ꝓhibet:
trūcatis manibus ꝛ pedibꝰ: effoſſis oculis: ꝛ auribus am
putatis: miſeram vitam in carcere ducere cogebatur· Cui
cum Lyſimachus in remedium erumnarum venenuꝫ ob
tuliſſet: leoni obiectus eſt· Crito cum Alexandrum Phi
lippi patris laudibus detrahentem redarguiſſet: ab eodē
vt ſupꝛa retuli: in conuiuio eſt occiſus · Sunt igitur ſtulti
meo iudicio: ꝛ vt arbitroꝛ tuo Johannes amantiſſime: et
qui pꝛopter ſuperioꝛes cauſas: et qui pꝛopter anime lu⸗
crum ſeruitia pꝛincipis amplectuntur· quoniam vel quod
querunt non inueniunt: vel per viam ſpinoſam ꝛ ancipi⸗
tem pergunt: cum ad finem quem cupiunt tutiſſimis poſ⸗
ſint ꝛ quietiſſimis itineribus pꝛoficiſci· Eſſet ergo iam ſa
tiſfactum his que ab initio pꝛopoſuimus: poſſemq; iam
epiſtolā claudere· Sed ſunt adhuc alie ꝗplures moleſtie
curialiū: de qbus nō erit ab re ꝗ breuit' meminiſſe· Pluri
ma interdoꝛmiendū ſunt tedia· ſepe in aſſeribus doꝛmien
dū eſt· in paleis· in lapidibus· nudoq; ſolo· in vento· in plu
uia· in frigoꝛibus· Si plumas fueris aſſecutus: ad pedicu
los pulices culices ꝛ alias infinitas vel moꝛdētes vel de
terrime fetētes beſtiolas te ꝓpara· nunq; ſolus doꝛmies:

niſi cum ſocium cuperes· linteamina ĩmunda fetida lace-
rata; ⁊ quibus nuperrime peſtilentia ſunt mortui tibi da-
buntur· Comes adiunget ſcabioſus: qui ſe tota nocte fri-
cabit· alius tuſſitabit· alius fetido flatu te purgebit· Inter
dū ⁊ leproſus tibi ꝯiacebit· Alius frigidus eſt ⁊ veſtimen
ta ad ſe rapit· alius febre calidus ⁊ lodicē cū om̄i tegimē-
to ſupra te iacit· ſemꝑ vel ille tibi moleſtus erit: vel tu illi
videberis tedioſus· Dormit̄ frequenter in cōi vbi vel de
cem ſunt vel viginti: vbi vnus ſtertit· alter pedit· alius cal
ces iactitat· nunq̄ ante mediū noctis eſt ſilentiū· Veniūt
ebrij dormitū· ꝯfabulant̄· garriūt· raptāt· rixant̄· pugnāt· et
ſe inuicem cedunt· Surgunt mingentes ſepe· apud ſtabu-
la ſunt cubicula tua· ⁊ equos fremitantes vel ſe morden-
tes audis· nunq̄ ſcies vbi iacere debeas niſi dn̄i dormitū
iuerint· Sunt in diuerſorijs multi aduene· multi ignoti· et
vita curialium plerunq̄ in hoſpitijs publicis finitur: vbi
continuo fures timendi vel formidandi ſiccarij ſunt· neq̄
res tuas vnq̄ tam diligenter cuſtodies: quin aliquid de-
tractum reperias· nam ⁊ ipſi fures in thalamo tuo dormi
ent: ⁊ te ſopito aſſurgent: reſq̄ tuas ſub te quoq̄ iacēte-
eripient· Adſunt meretrices· ancille· lenones· ioculatores
luſores· paraſiti qui iurgia continuo proludunt· tantuſq̄
clamor exoritur: vt nedum dormire ſed nec qui prope te
eſt loquentem ſocium intelligere queas· Adde loquacita
tem eoꝝ qui nocte q̄ longa eſt nunq̄ quieſcunt· Abſentē
cantat amicam: vt Flaccus ait· Multa prolutus vappa
nauta atq̄ viator· Nulla dormienti quies dat̄· q̄ ſi vnq̄
rumores ⁊ alia mala ſomnus vinceret: ac oculos claude
re ceperis: eueſtigio reuocaberis: et aliquo caſu ſurgere
compelleris· Credo te iſta millies eſſe expertum: ideoq̄
ſum breuior· Sed alia accipe que inter hoſpitandum ſunt
tedia· Mareſcalcus orandus eſt ac pretio conducendus·
rogandiq̄ ſerui eius ⁊ alliciendi muneribus vt hoſpitium
tibi tollerabile prebeant: qḋ ſi ꝓmiſerint: nō tn̄ implebunt

teqꝫ vel in remotiſſimis locis : vel in fetidiſſimis ganeis
collocabunt. Interdū ⁊ honeſtum locum quem dedit: vt
deſeras ⁊ alteri cedas minis ac vi coget. ſed eſſet tollera
bile fortaſſe mareſcalco caput inflectere: cuius eſt officiuꝫ
non inhoneſtū. At ſordidos hoīes ſequi: atqꝫ his ſuppli-
care ⁊ offerre pecuniā grauiſſimū eſt. nec tñ hoc potes ef
fugere: nam ⁊ coquis ⁊ piſtoribus ⁊ frumētarijs ⁊ bladi
viniqꝫ diſtributoribus humiliare vt te humilies oportꝫ et
ipſoꝝ beniuolentiā emere. Quid hoſtiarium referam. heu
quotiens ille vlnas in pectus detrudet tuum. quotiens te
pugno vel calce repellet. quotiēs vbi te viderit venientē
portam que patebat ſtatim recludet. quotiens te excluſo
q̄uis aurum dederis: vel minimū vel ſcurrā vel emulum
tuum intromittet. quotiens tibi vel dormire principē: vel
in ꝯſilio eſſe: vel egrotare mentiť. Quid de motu caſtroꝝ
dicam. quis tormenta que nunc incidunt poſſit enumera
re. quanta equoꝝ eſt cura. quanta armoꝝ. quot vrgēt an-
guſtie. Tranſeunda ſunt alta flumina. pontes ancipites
aſcendendi. equitandū in tenebris. in pluuia. in vento. in
niuibus. in luto. in glacie. in fluminibus. in ſpinis. in nemo
ribus. in ſaxis. in precipitijs. in abruptis collium. inter la-
trones. inter hoſtes. nunqꝫ certus eſt principis receſſus.
fama nonnunqꝫ vagať in craſtinū eſſe caſtra remouenda.
cunqꝫ accinctꝰ es vie mutať opinio. ꝙ ſi forte imparatus
fueris: repēte fiet receſſus: ibitqꝫ cuꝫ paucis: ⁊ ſequi pene
feſtinanter oēs iubebit. Idqꝫ tunc potiſſime: cū vel egro-
tabis: vel medicinā ſumpſeris: vel ſanguinem diminueris
aut equi aut famuli tui minus diſpoſiti fuerint. Siquis et
ſtandi vel recedendi certitudinē hr̄e voluerit: ex cauponi
bus vel meretricibus melius inſtruetur qꝫ ex alijs. nunqꝫ
quo ſit eundū ſcies niſi poſtqꝫ ꝑueneris. Credit᷑ ſūma lu-
ce rex abiturus: tuncqꝫ oēs in equis expectant: ⁊ ad meri
diem vſqꝫ tam muli qꝫ equi ⁊ currus onerati manent. ſe-
peqꝫ onera tanqꝫ decepti deponūt. Cū vō iter arreptum

eſt:in his locis potiſſime manſio fit vbi nec vina ſunt nec
cibaria:nec in quibus recipi queas diuerſoria. Ubi vero
vberti oīa ſuppetunt:nunq̄ʒ poſt biduū caſtra manebunt.
Eſt eniʒ regibus tediū quotiēs multitudinē letā audiunt.
contraq̄ʒ vo ex anguſtijs afflictioneq̄ʒ plebis ſolatia ſuſci-
piunt. Ideoq̄ʒ nōnunq̄ʒ mille paſſus proficiſcunt̄. interdū
quinquaginta milia paſſus obambulabunt. Gaudebūtq̄ʒ
cū te vel familiarē ꝑdidiſſe vel equū accipient: vel cuʒ te
precipitatū in flumina vel frigore obriguiſſe vel eſtu defe
ciſſe cognouerint. cū ipi ⁊ ꝯtra frigus ⁊ ꝯtra calorē arma
ti exierint. In caſtroꝝ ꝑterea ꝓceſſu:quot preſſure. quot
calces. quot truſiones. quot caſus . quot irriſiones. quot
blaſphemie. nunc tuus equus aliū cedit:⁊ in te culpa re-
fert̄. nunc tuus ledit̄:⁊ afficieris damno. litigant inuicem
famuli:⁊ in bellū deſcendunt dn̄i . Interdū ſeruare ordi-
nem oportet. nuſq̄ʒ cedere loco licet. feſtinandū eſt cū alij
feſtinant. tardandumq̄ʒ cū alij tardāt. nec ꝓpe te erit quē
velis amicū:nec ad eū vbi ſit poteris ire. Si quo caſu ce-
cideris nemo te colliget:ſʒ vniuerſo exercitu calcaberis:⁊
tam tu q̄ʒ equus in puluerem redigeris. nunc in locis pa-
luſtribus ⁊ in luto caſtra ponunt̄. nūc in arena locoq̄ʒ ſte-
rili ex quo nec lignatū nec aquatū abſq̄ʒ magno diſcrimīe
progredi queas. tunc aut eſtas erit ⁊ caloribus exureris.
cicadis obtunderis. culicibus mordeberis. ſerpentibus in
toxicaberis. fetoribus ⁊ exhalationibus peſſimis crucia-
beris. Aut eſt hiems:⁊ tecto atq̄ʒ veſtibus nudus pibis.
q̄ ſi tu forſan euaſeris:famuli tn̄ ⁊ equi ſupereſſe non po
terunt. Adde cum prope ſunt hoſtes maiores moleſtias.
nunc vitandos lapides. nunc ſagittas timendas. nunc fu
res formidandos. nunc latrones. nunc inſultus eſt facien
dus in hoſtes. nunc cauendū eſt ne hoſtes ipſi officiāt in-
ſultantes. In armis edendum eſt. in armis dormiendum.
ſemper in vallo caſtroꝝ in portis excubie ſunt habende.
nunq̄ʒ hora quieta eſt. nunq̄ʒ in pace manere licet. nūq̄ʒ

tube: nunꝗ cornua tacent· nunꝗ inſidie ceſſant· quotiēs itur ad muros: vel cum duo concurrunt exercitus quāta trepidatio eſt· quot clamores· nunc erigunt̄ machine· nūc ferunt̄ tribuli· concurrunt iacula· fodiunt̄ miſſilibus ſcuta Coruſcant enſes· ſub illo equus occidit̄· hic ꝯfoſſus telo ruinam minat̄· illi caput aufert̄· huic manus amputat̄· qui dā calcant̄ inter equos· quidā in foueis iacent exangues· mille facies mortis vbiꝗ vident̄· nō hic miſericordia eſt· non benignitas· nō humanitas· ſed ille vir bonus· ille miles egregius· ille fortiſſimus credit̄ imperator: qui plures ſua manu necauit: quiꝗ cruentum gladiū ex pluriū viroꝝ iugulis eduxit· Sūt equeſtres pugne· ſunt pedeſtres· ſunt nauales· ſunt murales· vbiꝗ res ſunt horrende: ⁊ facies inferni ſimilis· Nihil ibi lucrari abſꝗ iniuria proximi potes· Nec tua ſunt que bellis querunt̄ iniuſtis: vt fere ſunt oīa que inter domeſticos fidei ꝯmittunt̄· Perdere autē illic nedum res: ſed vitam ⁊ aīam potes· Nec tu te vitare bellū confidas in quo tuus rex interfuerit· Nemo ſe mare vitaturū ſperet cū rex nauigauerit· Aut comitandus rex eſt: aut amittendus inter tot tantaſꝗ difficultates· aut iuuenis es: ⁊ ſufferre inſolitas res non potes· aut antiquus ⁊ deficientibus viribus nec inediam nec ſitim nec laborē ſuſtinere valeas· Preterea morbos qui dum ſic agimur nos aggrediunt̄· quibus coacti vel in via deſerimur: vel inter ignotos pleruncꝗ diem claudunt: qui domi manentes per multos annos viuere potuiſſent· Sed redeamus iam ad vrbes· ſimus in amplo ſpacioſoꝗ loco quieſcat curia· deerunt ne propterea cruciatus· an nō fient indies noua edicta ⁊ cōſtitutiones noue: quibus vt te coaptes ſingulis diebus de nouo incipies viuere· Siue rex ſedeat ſiue ſtet: tibi tamen ſemper erit ſtandum: nec vllam tuis tibijs poteris dare quietem: ſed nonnunꝗ ſedens temerarius iudicaberis· Quid vͦo in ſtipendijs exigendis: quāta moroſitas: quanta diminutio eſt· nunꝗ in tp̄e dat̄· nunꝗ

integrum· nunc ad iſtum· nunc ad illum remitteris: diuer
ſiſq; mēdacijs illuderis· Multa ſunt propter que magni
fico Gaſpari cancellario teneor· ſed in hoc quoq; ſue ma
gnificentie ſum obnoxius: quia me nō patitur ſalario meo
fruſtrari ſicut alios video: qui ſuū geniū fraudātes nunq̄
ſtipē recipiunt niſi diſtributorez donauerint· nec vllus eſt
qui tam clara ꝯuentionis ſue capitula faciat: vt ad volun
tatem officialium non recipiunt interpretatiōem: qui ſunt
omnes auri corroſores· Sed iā de neceſſarijs aliquid di
camus: qui ꝛ ipſi curialium tormenta exaugent· nūc hoc
nunc illud impetrari ſibi potentes ſunt: qui ex gratia prin
cipis promouere propinquos poſſent· Sed tales ſunt cō
ſanguinei: vt vel eis benefacere non audeant· vel ſi aude
ant: infamiā populi ꝛ indignationem ſupra ſe dei ſuſtineāt
Quid ꝙ amorem in ſe principis nemo verum aſſequitur·
nanq; vt Socrates in eo quem de regno ſcripſit libro te
ſtatur: Principes neminem niſi inconſulto quodā impe
tu diligunt ꝙ ſi quem amant: non vt amicū diligunt· In
ter pares enim amicitia verſatur · ſed eo modo non amāt
quo ꝛ canes ꝛ equos diligūt: fructū vt exinde ſuſcipiāt·
quid dixi: erraui certe· multo plus equus aut canis q̄ hō
diligit̄· mortuo q̄ppe viro mox vir aliꝰ adeſt q locū defun
cti magnis precibus ſibi admitti poſtulat· At canis vel eq
mortui vicē nō ſupplebit alius: niſi vel emptus pretio vel
gratia· Pax adhuc dixi: cū nedū non dolenda ſed optan
da mors tua principi ſit qui diutius ſeruiſti· aut enī ꝓ lon
gis obſequijs non te remunerauerit: ꝛ ſoluitur obligatio
morte tua· dulceq; ſuo ex ore ſonabit: Ach ſi mortuus nō
fuiſſet homo ille: magnis eum muneribus donaſſem· aut
largitus eſt tibi plurima: que te mortuo recuperare ſperat
vix enim hodie diues aliquis moritur cui principes non
ſuccedāt· Sed audi iam quot īminent tibi moleſtie ꝑpter
perſonam principis· raro nedum inter principes ſed inter
priuatos quoq; vir bonus reperit̄· Cicero in diuinationū

libris: Si que rariſſime fiunt monſtra putanda ſunt inqt:
magis monſtrũ erit vir bonus ꝙ̃ partus mule. Aſtipulat̃
huic ſnĩe Iuuenalis: qui licet prius dixiſſet: Rari quippe
boni vix numero ſunt totidẽ quot Thebaꝝ porte vel di-
uitis hoſtia nili. poſtea tñ quaſi ſeptẽ reperiri nõ poſſent:
amplius ſe reſtrinxit dicens: Egregiũ ſanctũqꝫ virũ ſi cer
no bimembri: Ut monſtrũ puero ⁊ mirãti ſub aratro: Pi
ſcibus inuentis ⁊ fete cõparo mule. Nec diuina ſcriptura
remiſſior eſt. Siquidem apud Paulum prophete verba
relata ſũt: Eſt aũt deus verax: oĩs homo mẽdax. Et iterꝝ
ſcriptum eſt: quia non iuſtus quiſqꝫ: nõ eſt intelligens: nõ
eſt requirens deum. Accurſius: non eſt qui faciat bonum
nõ eſt vſqꝫ ad vnũ. Uides vt oratores ac poete cũ ſacra
ſcriptura cõcordant. vides ne vt rari boni: mali v̊o infini-
ti ſunt. Si ergo rex tuus malus fuerit: dolebis eius infa-
miam: eiuſqꝫ vitijs cruciaberis. Si auarus eſt: angeris qꝛ
nec te premiat nec alios bene meritos. ⁊ quia plurima ne
gligit ne ſumptum faciat. Si liberalior eſt: times ne profu
ſione nimia oblimet erarium. Si crudelis: vereris ne in te
tuoſqꝫ ſeuiat. Si pius: egre fers quia non vlciſcitur iniuri
as. Si audax: pericula reformidas. Si vecors: hoſtibus
inuides qui ſibi ſemper inſultant. Si loquax: multiloquiũ
abſqꝫ peccato cognoſces. Si tacitus: dicis quia nec ami-
cos nec ſeruitores verbis ſcit retinere. Si vinolentus: ac
cuſas ebrietatem. Si vino non vtitur: quia parum ſit le-
tus grauaris. Si luxurie cultor eſt: doles quia plurimis
iniuriatur. Si feminas fugit: dicis non eſſe virum. Si pau
cos ad ſe admittit: diſplicet tibi inter illos non eſſe. Si
communis eſt omnibus: iraſceris ꝙ tam reliquis ꝙ̃ tibi
ſit familiaris. Si enim ex parte bonus eſt: quod mon-
ſtrum fuerit: cum tu ſis malus doles: quia tuis vitijs
non alludit. Aut ſi tu quoqꝫ ſis bonus: quemadmodum
eſt difficile: dolebis principi bono non arridere fortu-
nam bonam. Semperqꝫ etiam tu anxius eris ſuo ſtatui.

Egrotabis cum eo: q̄m non tam filio ſuo pater afficitur q̄ꝫ bono principi bonus ſeruus. Cui etſi fortuna fauerit: nūc mutationē: nunc inſidias times. nec dormies vnq̄ꝫ nec vigilabis in pace. Eſt inſuꝑ magna viroꝝ recreatio mentis ſeceſſus: cū ſe aliqs retrahit in ſolitariū locū. ac vel meditat̄. vel legit. vel ſcribit. totūq̄ꝫ ſe muſis ꝑbet. ꝛ nūc Platonē. nūc Ariſtotelē. nūc Tulliū. nūc Virgiliū. nūc alios doctores iam dudū mortuos ſ; fama viuentes ꝛ ſcriptis alloquit̄. Sꝫ hac voluptate priuati ſunt curiales: qui ſemper in ocio ſunt. in clamoribus. in tumultibus. Si tibi non nunq̄ꝫ particulā mēſe delegeris: in qua vel legas aliquid vel ſcribas: mox aliqs inſtabit qui te vexet. Et ſi alij ceſſauerint: non abierit diſpenſator qui prope te ꝯputū faciat: eraq̄ꝫ moueat. nuſq̄ꝫ tibi angulus patebit quietus: in quo poſſis cum Scipione dicere: Nunq̄ꝫ minus ſolus q̄ꝫ cum ſolus. Oportet te priſcis illis ſanctiſq̄ꝫ viris carere: atq̄ꝫ inter hoīes viuere: quos rectius beſtias omni virtute carentes appellaueris. Sunt qui dicunt filios ſuos idcirco principibus tradere: vt mores edi[fi]cant: fiantq̄ꝫ virtute ꝓſtantes. melius dicerent ad intelligendā malitiā turpitudinemq̄ꝫ diſcendā ſe filios tranſmiſiſſe. Sūt enī in curijs vitioſiſſimi iuuenes ſermones inhoneſti. ille luxuriā ꝯmendat. ꝛ qđ deteſtabilius eſt ſermone ꝯtinuo ac ope vt arbitror ſodomiā applaudunt. ille ferocitatem. nemo de virtute ſe iactat. ſ; aut virginem violaſſe. aut ſtupraſſe nuptam. aut emulum occidiſſe. aut rapina ſeſe aliquid nactū gloriabit̄: que ſcelera ſic adoleſcentes imitant̄ atq̄ꝫ imbibunt vt nunq̄ꝫ poſtea dimittāt. Nec te putes adoleſcentē pudicū ſobriū ꝛ verecundū ꝛ bene moratū apud principes inuenire. oēs hmōi ſunt quales magiſtri. Verum eſt enim qđ Terentius ait: ad peiorē plerūq̄ꝫ partē aīm applicari. Si quis ad eā rez magiſtrū ſortitus ſit improbū: ſic natura iubet velocius: ꝛ citius eos corrūpunt exempla mala: cum animū magnis auctoribus ſubeūt. Refero maximas deo

grates: qui mihi iam viro ſequendi principes animum tra
didit: cum iam a parentibus virtutes aliquas ſic accepe-
ram vt amplius amittere non poſſem. Qđ ſi aliud nõ eſt
hoc ſaltem habeo: quia nõnullas didici litteras: quarum
eſſem oĩno ignarus ſi pueritiã meam curia ſuſcepiſſet. Eſt
enim in curijs principũ vitioſuꝫ lrãs noſſe: ⁊ pro loco du
citur diſertus. Eſt itaqꝫ magna litteratoꝝ moleſtia: cuꝫ ſe
contemni per oĩa viderint: ⁊ res maximas ab ipſis diri-
gi: ne dicã ego neglexi: qui vix ĩter manus ⁊ pedes quot
habeant digitos norunt in curiã doctos ac latino loquen
tes veniſſe vidẽt: quos ipſi nequeunt intelligere. Quid
preterea de conſcientia tua dicam: que ſemꝑ inquieta eſt:
ſemperqꝫ ſe mordet: cum tu te ſcias multis vitioꝝ illece-
bris inquinatũ. nullum grauius ſuppliciũ vt Seneca ſcri-
bit ꝙ cõſcientia. Hinc Juuenalis: Cũ tñ hos tu euaſiſſe
putatas quos diri conſcia facti Mens habet attonitos
⁊ ſurdo verbere cedit: Occultum quatiẽs aĩo tortore fla
gellũ: Penaqꝫ tã vehemens ac multo ſeuior illis: Quos
⁊ cedicus grauis inuenit ⁊ rhadamantus. Nocte dieqꝫ
ſuũ geſtare in pectore teſtem. Sed audi obſecro Cicero-
nem pro Sexto Roſcio: cuius hec ſi memini verba ſunt:
Sua queqꝫ fraus ⁊ ſuus terror maxie vexat: ſuũ quemqꝫ
ſcelus agitat: amentiaqꝫ afficit: male cogitationeſqꝫ ↄſciẽ-
tieqꝫ animi terrẽt. He ſunt impijs aſſidue domeſticeqꝫ fu-
rie: que dieſqꝫ nocteſqꝫ penas parentũ a ↄſceleratiſſimis
filijs repetant. Quaqꝫ te vertis oblocutiones de rege: de
conſiliarijs: de teipſo fiunt. cum vel nimis ſubditi grauan
tur: vel hoſtes inſtant dum curia in choreis eſt: aut in ve
nationibus occupata. Nullum inter res mundanas ma-
ius munus eſt hominibus a deo conceſſum: vt Cicero di
cit: ꝙ amicitia. At hoc bono tam ſuaui tam vtili tam ne-
ceſſario priuati ſunt curiales. Nanqꝫ vitioſiſſimi fere ſint
omnes. non amicitia inter eos eſſe: ſed factio quedam et
conſpiratio poteſt. Inueniuntur nõnulli induſtri laborioſi

curiales. at in his adumbrata non expreſſa ſunt ſigna vir-
tutum. videntur quidem liberales: ſed rapinam ſequunt.
Si ſunt caſti: ambitioſos inuenies eos. atq̧ ſuperbos. Si
humiles: ebrij ſunt ⁊ nebulones. In nullo virtus eſt ali-
qua: quam mille vitia non comitentur. Arduū eſt in hac
hominum colluuie virum amicitia dignum reperire. q̄ ſi
quis inuentus fuerit bonus: vel regi non placebit vel ma
gnatibus. nec eius vti beniuolentia poteris: quia non li-
cet in curijs habere commertium inter illos qui non ſunt
accepti. Videbiſq̧ nonnunq̄ illos quos diligis ⁊ qui ti-
bi ſanguine ſunt cōiuncti ad ſupplicium rapi. et q̄uis dif-
ficile ſit tacere cum doleas: nec conqueri poteris neq̧ hi
ſcere. Sepeq̧ cum illo conuerſari cogeris qui tibi vel pa-
trem vel matrem occiderit: ſi eius conditiōis fueris vt fa
mulatum poſſis tenere. Inuenies ſeruitores tuos ebrios
guloſos. rixoſos. inſolentes. imemores. negligentes. iner-
tes. adulteros. homicidas. Si rurſus tu alteri famuleris:
dn̄m auarum. quereloſum. inuidum. temulentum. loqua-
cem reperies. Diſcurre per omnes curie ſtatus. q̄ contē-
ti conſiliarij ſunt ſuis conſilijs non acquieſcere principes
Quid aiunt cancellarij: cum eorum littere ad honorem
regis ⁊ vtilitatem ſcripte tranſire non poſſunt niſi corre-
pte ⁊ ex bono in malum mutate. Quid magiſtri curie et
mareſcalci: dum obedientiam non inueniunt. Quid magi
ſtri camere: dum eorum computa corripiuntur. Quid ca-
pellani: dum in celebratione diuinorum officiorum ſuſpē-
duntur. Quid medici: dum negligi ſana: ⁊ nociua recipi
cernunt. Quid milites. quid cubicularij. quid tubicines:
dum ſtipendia ſibi negantur. Quid coqui qui nil parare
ſine reprehenſione poſſunt. Nullus eſt cui non ſint infini-
te moleſtie. Atq̧ vt breuiter dicam: Per multas tribula-
tiones intrant iuſti in gloriam dei: Curiales vero cum
multis cruciatibus acquirere ſibi gehennam ſtudent.

Nihil de clericis et religioſis dixerim: qui cū Joſeph pal
lium: cum Matheo theolonium: cū Johanne ſindonem: et
cum Samaritana cupiditatis hydriā iuſſi ſunt relinquere
Taceo ꝛ illos qui nec̄io ꝛ iuiti ſequunt̄ curiā: vt Cicero
ꝑ Sexto Roſcio dicit: Qď ego inuitus ꝛ nec̄io facio: nec
diu nec diligenter facere poſſum. Credo iā me ꝑmiſſioni
mee ſatiſfeciſſe: quia ſtultos eē ꝓbatū dixi oēs: qui aliā
vitam habentes in qua poſſint ſe honeſte traducere: cu
riarū moleſtias ſequerent̄. ¶ Concluſio.
Qď cū ita ſit: relinquamus hoc pelagus inquietū: noſq̧
in aliam vitam redigamus. Nanq̧ ſi pacem cupimus. ſi
ocium diligimus. ſi nobis viuere volumus. ſi ſalutem aīe
querimus. fugienda ſunt nobis atria regū ꝛ aulici tumul
tus. in q̄bus nec requies: nec bonarū artiū exercitatio: nec
virtutis amor aliquis regnat. ſꝫ auaritia tm̄. libido. crude
litas. crapula. inuidia. ꝛ ambitio dn̄atur. Quibus vitiis q
ſit deditus: nullo ſe poterit argumēto tueri: quin apud vi
ros doctos ꝛ malus eſſe conuincat̄ ꝛ ſtultus. Vale vir:
niſi ex curialibus vnus eſſes: meo iudicio prudens. Pri
die kal. Februa. Anno ſalutis. M. cccc. xlv. ex Pruch.

¶ Finis.

Regiſtrum.

¶ Tractatus
que hoies
¶ Illa deſerta
ſitis: cum
¶ Martinum
eſt: in his